

illud (1) statim post accusationem. Enimverò quando protocollo inser-
ta est accusatio, quā unius vel plurium criminum insimulatur reus, tum
ei annexendum est, numquid reus fateatur illud, vel istud neget, & quid
subinde tum in confessione, vel etiam negatione proponat, circumstantia-
liter, nihil addito vel demto omisso, fideliter perscribendum est. (2)
Adjicit tempus, & quidem in specie annum, mensem, diem, imò horam
diei, quando quisque actus institutus & perfectus est. Multum namquē
interest scire, quo tempore unumquodque fuerit in judicio tra-
tum. (3) Notabit præsentiam eorum, qui actui issi interfuerunt, seu
adscribet nomen & officium illorum, sive judex, sive Assessores fuerint,
in quorum præsentia actus iste fuerit institutus & perfectus. (4) De-
nique ipse Actuarius *nomen proprium & cognomen subscribet*, & quidem
hoc in testimonium veritatis, se scilicet omnia, quæ in protocollo scripta
sunt, & audivisse & conscripsisse. Vide Cothman. Vol. 3. Rep. 30. num. 89.
fol. 209.

ARTIC. CLXXXIII.

Ut quæ indicia & probationes accusator habet, & deducit,
Actuarius conscribat.

Wie der Gerichtschreiber der Ankläger Anzeigung / oder
Argwohnung neben derselben Beweis verzeich-
nen soll.

So aber der Beklagte der Klag in seiner Antwort läugnet / und
dem Ankläger der bekannte Missethat halben redliche Anzeigung
(wie vor von solcher redlichen Anzeigung gesetzt ist) fürzubringen
gebühret / was dann der Ankläger derselben Anzeigung / oder Argwoh-
nung halber / vor dem Gericht / oder verordneten Schöffen fürbringen:
Auch was solcher fürbrachten Anzeigung / nach laut dieser Ordnung/
bewiesen wird / soll alles eigentlich / wie vor gemeldet ist / beschrieben
werden.

AD ARTIC. CLXXXIII.

ARGUMENTUM.

Indicia & probationes, quas Accusator contra reum negantem habet,
& deducit, Actuarius diligentissime in actis describat.

EXE-